



E Codice Parisino Nouv. Acq. Lat. 1554 p. 96.

Vir Nobilissime atque Amplissime,
Ob diuturnam tuam absentiam J^{as} Nⁱ coram pro exemplari scripti tui de usu organorum musicorum in templis ad me missi, nondum gratias agere potui. Tametsi diversae de hoc argumento sint nostrorum Theologorum orthodoxorum sententiae, experientia tamen testatur, quod propterea funem acerbae contentionis alii contra alios in hac provincia trahere nolint.

Hunc egregium atque eruditum S. Theologiae candidatum Theodorum Auwerchium Vesalionsem Illustrissimi ac Celsissimi nostri Principis Auriaci favore dignissimum rogo ut oblata occasione illustrissimae eius Celsitudini unice commendes. Hodie theses meas Anti-Socinianas docte solide ac magna cum laude sub publico meo praesidio defendit. Bene vale in Domino nostro Jesu Christo. Raptin Leidae
20. Octobris 1641.

J. N. A.

addictissimus

Joh. Polyander a Kerckhoven.

Nobilissimo atque amplissimo
viro

D. a Snylechem, Illustrissimo
ac Celsissimo Principi
Auriaco a Secretis
Hagae Comitatus

Descripta m. Mart. 1900

B. P. L.
885.

